Q. D. B. V.

DISSERTATIO MEDICA INAVGVRALIS, DE NEGLECTO REMEDIORVM VEGETABILIVM CIRCA ARGENTINAM NASCENTIVM VSV SPECIMEN SECVNDVM, QVOD SEX COMPREHENDIT PLANTAS, EXHIBENS,

QVAM

PRÆSIDE SVMMO ARCHIATRO
EX CONSENSV ET DECRETO
GRATIOSISSIMÆ FACVLTATIS
MEDICÆ,
IN ALMA ARGENTORATENSIVM VNIVERSITATE

PRO LICENTIA
SVMMOS IN ARTE HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE AC LEGITIME CONSEQVENDI
SOLEMNI ERVDITORVM EXAMINI
Ad D. 25. Aprilis M DCC XXXIII.
SUBJICIET

JOHANNES BOECLERVS, Argent.

ARGENTORATI,
TYPIS, JOHANNIS HEINRICI HEITZII.

ILLVSTRI
MVNIFICENTISSIMÆ
SCHENCKBECHERIANAE
FVNDATIONIS
DNN. PRAEFECTORVM
COLLEGIO
VIRIS
Magnificis, Ampliſſimis, Prudentiſſimis, Excellentiſſimis, atque Conſultiſſimis,
Dominis Mæcenatibus, Patronis atque Evergetis Gratioſisſimis
Quod collato in ſe beneficio Schenckbecheriano ardorem in ſtudio Medico fovere atque adaugere haud fuerint dedignati & perennis quoq; Patrocinii & Protectionis benevolæ argumenta haud obſcure declaraverint, in gratiſſimi animi Teſtimonium hocce qualecunque ſtudiorum ſuorum Specimen Inaugurale ea, qua decet, ſubmiſſione & obſervantia

D. D. D.

Tam celebrium Nominum atque Dignitatum

Cliens perpetuus

JOHANNES BOECLER.

NOBILISSIMO AC PRAE-CELLENTI

DOMINO CANDIDATO,

FAVTORI ET COGNATO SVO AESTVMA-TISSIMO

S. P. D.

JOHANNES SALZMANN, D.

QUod ſi exempla Majorum ad viam virtutis alacri pede calcandam incitant, quibus magnam utique vim ineſſe atque potentiam nemo facile eſt qui ambigit, Tu, Nobiliſſime Dn. Candidate, præ multis aliis plurima habes, eaque prorſus eximia, quæ imitari poteras, &, me judice, non infeliciter imitatus hactenus es. Ut enim ſilentio jam prætercam Proavum Tuum Paternum, Magnum Illum Polyhiſtorem & Illuſtre quondam Orbis Literarii Decus, ante oculos Tibi verſantur imagines Celeberrimorum Medicinæ apud nos Profeſſorum, Avi ſcilicet Ipſiusque Parentis, e quibus Ille doctrina Apollinea & rara pollens experientia inſignem Nominis famam atque celebritatem conſecutus erat. Hic pariter rem Medicam apud nos juvare ac promovere omni ope, nec infauſto cum ſucceſſu anniſus eſt, & majora indies præſtitiſſet, niſi Academiæ Noſtrati Tibique triſtiſſimo proh dolor! fato haud ita pridem ereptus fuiſſet, magno ſui deſiderio apud omnes relicto. Hæc paradigmata ſtimulum

utique Tibi & calcar addiderunt, atque id effecerunt, ut tam præclara horum Anteceſſorum veſtigia legere, ac tantis Nominibus Decoribusque dignum Te reddere allaborares. Proinde Philoſophicis, præſertim Phyſicis principiis ſub laudati Dn. Parentis ductu animum probe imbutum, ad altiora ſubſellia præparaſti. Medicinæ dein ſacris initiatus eximias animi dotes & felix ingenium, quo inſtructus es, laudabili prorſus ſtudio & diſcendi ardore ita excoluiſti, eumque Tibi comparaſti ſcientiæ apparatum, ut Philoſophicam prius, & paulo poſt Medicam Cathedram intrepidus conſcenderis, & in utroque hoc certamine Academico communem omnium applauſum promeritus fueris. Ad novum Te nunc paras laborem pro obtinenda in Arte Salutari Licentia, uti vocant, ſuſcipiendum, quem pari cum felicitate & approbatione Te ſuperaturum auguror. Equidem Tecum conſtitueras, Speciminis Inauguralis loco aliud, quod vel Anatomiam vel Clinicam Praxin ſpectaret, argumentum Lectori exhibere, verum quoniam præſens hoc Tibi injunxerunt juſſa Parentis p. m., ab illis vel latum etiam unguem recedere religioni merito duxiſti. Quod ſupereſt, Nobil. Dn. Candidate, egregiis hiſce profectibus, quos Tibi animitus gratulor, augendis porro invigila, omnesque nervos intende, ut Avitæ Paternæque Scientiæ atque Experientiæ hæres ex aſſe evadas, adeoque partam a Majoribus gloriam tuearis, utque Illos nobis aliquando reſtituas. Sic in Univerſitatis noſtræ Decus, perennem Bœcleriani Nominis celebritatem & proximi commodum magis magisque ſuccreſces. Vale! Dab. e Muſ. d. XIV. Cal. Jun. cIↄ Iↄcc XXXIII.

NOBI-

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

DOMINO CANDIDATO,

FAVTORI ATQVE COGNATO SVO HONORATISSIMO

S. P. D.

JO. JACOBVS SACHS, D.

INſenſiſſimam ſane ſibi ab aliquot jam annis ſenſit Libitinam Ordo Medicorum Argentinenſis: non enim illa tantum graſſata eſt in viſcera conſummatiſſimorum hujus urbis Practicorum, ſed & gravia ſua vulnera Viris celeberrimis Academiæ noſtræ, præceptis ſuis ſalutaribus Tirones formantibus & vim mortis alias reprimentibus, inflixit: oſtenſura eo ipſo, nec ipſam artem a vi ſua eſſe immunem. Tetigit hæc nobis parata ſtrages Te quoque, Nobiliſſime Dn. Candidate, præciſius: dum enim Facultas Medica intra duorum annorum ſpatium tria ſplendidiſſima membra, quæ adhucdum acerbiſſime luget, amiſit, Tu ſimul in ipſo Parente beate defuncto graviſſimam paſſus es jacturam. Non tamen omni ſolatio nosmet privavit Divina Benignitas, ſed in ipſo Seminario, a beatis Viris partim plantato, Providentiæ ſuæ reliquit fructus, qui mox exoptatam nobis illati damni promittunt reparationem. Intelligis, Doctisſime D. Candidate, Te imprimis hæc ipſa reſpicere: Tu enim, e ſtemmate nobiliori atque celebriori ortus,

tus,

tus, egregias plane cum ſanguine acquiſiviſti animi dotes, Familiæ Tuæ fere familiares, quas ſingulari diligentia ita excoluiſti, ut, accepta a beato D. Parente & reliquis Excellentiſs. Dnn. Profeſſoribus fideliſſima manuductione; facile Te ad majora natum gentisque Tuæ antiquam gloriam porro tuendam deſtinatum eſſe oſtenderes. Dediſti jam olim aliquot optimæ de Te conceptæ ſpei atque eruditionis ſpecimina, jam vero etiam in eo es, ut Diſſertatione Inaugurali progreſſuum porro Tuorum, quos hactenus in univerſa Medicina & inprimis regno vegetabili feciſti, publicum ultimumque teſtimonium exhibeas. Proſecutus es in hoc opere ſcopum Tuum, quem nuper jam in præliminari Tua Diſſertatione propoſuiſti. Scilicet in utraque illud palam facere allaboras, plures omnino plantas ante pedes noſtros jacere, quæ plane negligantur, ob effectus autem ſingulares quos in variis corporis ægritudinibus præſtant, omni jure in uſum vocari mereantur. Laudabile omnino eſt inſtitutum hocce Tuum, dignumque, quod ulterius excolatur. Gratulor proinde Tibi, Nobiliſſime D. Candidate de labore hoc optime peracto, Divinumque Numen invoco, ut & reliquis Tuis conatibus benigniſſime porro faveat. Accinge Te jam poſt ſtudia academica ſumma laude exantlata feliciter itineri & redux aliquando in Patriam factus, excellentibus ornatus præſidiis, ſpei Tuæ votorumque noſtrorum complementum a Proceribus Academiæ noſtræ certiſſime expecta. Vale! Dab. e Muſ. d. XV. menſ. April. A. cIↃ IↃCC XXXIII.

Proœ-

Proœmium.

DUm mihi à GRATIOSISSIMA FACVLTATE MEDICA, poſt rite exantlata, ut vocant, examina Doctoralia injunctum fuerit, ut qualescunque meos in Arte profectus publico quoque examini ſubmitterem, *Diſſertationemque Inauguralem* conſcribendi eamque absque Præſide defendendi facultatem AMPLISSIMI atque EXCELLENTISSIMI DOMINI EXAMINATORES benevolentiſſime conceſſerint, non diu de eligendo ad certamen Academicum Themate dubius hæſi, cum facile menti meæ promiſſi, quod ex Cathedra Academica ante 10 & quod excurrit menſes, feci, repræſentabatur memoria, nec operam me plane luſurum ſpero, ſi telam, quam eo tempore texere incepi, ulterius excolere pergam. Equidem gravioris momenti argumenta animum ad

 aliud

aliud præcipue Anatomicum thema elaborandum impulerunt,tamen cum Dilectiſſimi, beate nuper defuncti Parentis, cujus juſſa etiam poſt obitum exequi nefas non exit,ultimum, quod ex ejus Venerando ore perceperam, mandatum hoc erat, ut Diſſertationis Inauguralis loco non aliud eligerem thema quam quod promiſi , hoc etiam , ne inobedientis filii ſuſpicionem incurrerem, exequi conſtitui, cum præſertim alia forte occaſione leves profectus quos in Anatomicis feci cenſuræ publicæ exponere animus ſit. Videri utique poſſet me injurium, in, ſummo pretio habendam, PATRIAM eſſe, quod erroris illam accuſem, ſed facile iſta mihi condonabit, quoniam perſuaſiſſimum habeo, eam nihil humani à ſe alienum putare. Multo minus injurius vel in totum Illuſtre Medicorum Collegium, vel in ſingula ejusdem membra exiſtimari potero, quando anſam ſuppedito in indigenas noſtras plantas altius accuratiusque inquirendi easque rimandi, neque ſpernendi ea, quæ DIVINA BENIGNITAS malorum, queis torquentur mortalium corpora, lernam expugnandam, etiam in noſtra ALSATIA abundantiſſime conceſſit. Mitius quidem quoad partem ſentio, quam OTTO BRUNFELSIUS in procemio in hæc verba erumpens. *Proinde*

ſtultum

ſtultum fuerit illic impenſas facere, in rebus longe petitis, ubi domi habeas quod non ſolum minoris redimas, interdum etiam gratis, verum etiam, quod Naturæ & Temperamento conveniat plus. Interim tamen certo certius comparet multos in inquirendis remediis indigenis juſto eſſe negligentiores. Non medemur tantum ditioribus, ſed & mediocris fortunæ hominibus imo pauperibus. Forſan hoc ipſum haud parum in cauſa eſt, quod Agyrtis, domeſtica medicamina in uſum trahentibus, poſtponantur Medici, non rudes ſed eruditi, aſt paululum magis quam par eſt, extraneis militantes armis. Nec eſt quod quis objiciat ſic farraginem cumulari medicamentorum, quin potius hoc ipſo ſaltem innuere volo, Augiæ hoc ſtabulum ab exoticis eſſe repurgandum, quippe ſi noſtra bene conſideraremus, non ſemper alienis haberemus opus. Poſſet hic allegari antea dictus AVTHOR qui dicit. *Quod autem objiciunt nihil nos proferre poſſe ex noſtris terris, quod Caryophyllis, Cinamomo, Piperi, Galangæ, Nuci Muſcatæ æqualiter confortet atque calefaciat. Sed reſpondemus noſtra culpa fieri, qui hoc ignoramus. Deinde contemptam aliquam herbam, vel non adeo odoriferam idem valere atque præſtare ſi non tam delicati eſſemus. Verum id palatum noſtrum non*

 fert,

ferts quia non titillat, quod non ex Calococtiis aſportatur. Hæc autem, uti ſupra jam monitum fuit non eo animo afferuntur, ut injuria vel ultimo mortalium fiat, ſed tantummodo eum in finem adducuntur, ut occaſio rurſus ſuppeditetur, talem rem penſitatius ruminandi. Nec tandem movet, quod ſpectatiſſimi Pharmacopolæ hoc ipſo de novo onerentur: nam in commodum eorum hæc dicuntur. Forſitan ſi talia apud ipſos præſto eſſent, Circumforanei & Rhizotomi, imprimis Mulicrcularum nimis audacium cohors, valde ſæpius ignara, ipſis debitum atque à ſuperioribvs conceſſum pretium non præſcinderent. Sed nolo his, quæ non injuriandi ſed potius amorem proximi imprimis pauperis excitandi animo prolata ſunt, ulterius immorari. SACRO SANCTA TRINITAS levidenſibus meis conatibus & ſuſcipiendis in poſterum laboribus exalto Clementiſſime benedicat. Tu vero *Lector Benevole* ſerena profectus juveniles Tyronis reſpice fronte.

APA-

APARINE.

VBivis fere obvia juxta margines agrorum, & quandoque in ipſis agris frugibus permixta, item ſecus vias, ſcrobes, inter ſentes, in campis ſylviſque æſtivis menſibus, quandoque vere & Autumno florens ſe ſpectandam exhibet APARINE, Græcis quoque Ἀπαρίνη, dicta, quam vocem a ſimul præter eundo derivat SCHWENCKFELDT (1). Aparine quaſi ἀπαιρίνη, quod ſemine orbata videatur, appellatur juxta BODÆVM a STAPEL (2). Quibusdam audit φιλάνθρωπος, φιλάδελφος, *Philanthropos*, *Philadelphos*, quaſi hominis amica, quod veſtitui ejus adhæreat, qua de appellatione videri poſſunt RVELLIVS (3) DODONÆVS (4) FVCHSIVS (5) PLINIVS (6) J. BAVHINVS (7) BODÆVS a STAPEL (8) LONICERVS (9) &c. Nonnuli *Aſpergulam*, rectius *Aſperulam* ut habet RVELLIVS (10) LONICERVS (11) & JOH. BAVHINVS (12). HIPPOCRATES

φιλεταίρειον vocat & φιλίστιον teſte GALENO (13). Ἀμπελόκαρπος etiam teſte BODÆO a STAPEL (14) aut potius ὀμφαλόκαρπος a ſeminis ſimilitudine nuncupatur, ut diſſerit J. BAVHINVS (15) TRAGVS (16) & FVCHSIVS (17). Sunt qui Lappaginem, referente LONICERO (18) nuncupant. Nominatur quoque *Lappago aſpera*. Aliqui *Ruellam* & *Grateronem* appellitant ſcribente RVELLIO (19) Itali nomine *Speronella* inſigniunt, ob rationem a MATTHIOLO (20) allatam. Germanice Klebkraut/ adæquata denominatione ut habet FVCHSIVS (21) Gallice vero *Grateron* ou *Reble* dicitur. Communiſſima hæc planta, quam monopetalis campaniformibus accenſet TOVRNEFORTIVS (22) negligitur vix non ab omnibus, uti etiam refert TRAGVS (23) & SIMON PAVLI (24), qui ultimus author ſubtiles poſſidere partes dicit, quas etiam agnoſcit Galenus referente DODONÆO (25). Attenuat, aperit, abſtergit, diſcutit. Obſtructionibus hepatis, lienis atque Renum medetur & calculoſis prodeſt, docente ZORNIO (26). Succus Hydropicis incipientibus a TH. MAYERNE (27) ſuadetur. Tanquam ſubadſtringens deprædicatur in fluxibus alvinis & aliis ut dicit ZORNIVS (28). In hæmorrhagiis proficua exiſtit planta, ut teſtatur PLINIVS (29). Ad vulnera glutinanda laudatur a MATTHIOLO (30). Sunt qui virtutem alexipharmacam huic plantæ tribuunt, adeoque

in

in febribus continuis atque malignis commendant. Id quod videntur ex eo deprompſiſſe, quod a DIOSCORIDE (31) contra viperarum phalangiorumque morſus celebretur, quo cum conſentit LONICERVS (32) TRAGVS (33) & PLINIVS ipſe (34). Quæ vis etiam aquæ deſtillatæ tribuitur, cui porro adſcribitur facultas alvum, conſtringendi & utero medendi juxta LONICERVM (35) & TRAGVM (36) Eandem aquam pectoris & hypochondriorum dolores ſedare tradit SIMON PAVLI (37) & ad cardialgiam infantum commendat FR. JOEL (38) Succus aurium doloribus auxiliatur ut habet DIOSCORIDES (39) & herba ſtrumas diſcutit juxta EVNDEM (40). Ad quem uſum paſtoribus inſerviat narrat IDEM (41) ut & TRAGVS (42).

(1) STIRP. SILES. Ἀπαρίνη ἀπὸ τοῦ ἅμα παριέναι a ſimul prætereundo.

(2) IN THEOPHRAST. HIST. PLANT. *l.* 7. *c.* 14. COMMENT. Aparine dicitur quaſi ἀπαρίνη, quod ſemine orbata videatur, cum intra ſe, uti ſquatina, ova, florem ac ſemen ferat, non evidens.

(3) DE NATUR. STIRPIUM *l.* 3. *c.* 55. Philanthropos a nonnullis dicta, quia (velut amici ſolent) commeantium laciniis obhæreat.

(4) STIRP. HIST. PEMPT. 3. *l.* 1. *c.* 29. Appellatur præterea Apparine & Φιλάνθρωπος, quaſi hominis amica, quod veſtitui ejus adhæreſcat, a nonnullis & ea de cauſa Φιλάδελφος.

(5) PLANTAR. HIST. *c.* 14. Philanthropos, vox humanitatis

tatis, amoris & comitatis illi impoſita eſt, quod blanda, comis & hoſpitalis herba ſit, nec aliter prætereuntium veſtes apprehendat, quam ſolent amici & hoſpitatiores a ſe diſcedentes comprehenſa veſte retinere, aut ſi id nequeant, aliquandiu ſequi.

(6) Hist. Nat 24. *c.* 19. Philanthropon herbam Græci vocant hirſutam quoniam veſtibus adhæreſcit.

(7) Hist. Plantar. *l.* 36. *c.* 1. Philanthropos autem quaſi hominis amica, quod veſtitui ejus adhæreſcat dicta videtur. Et ea de cauſa a nonnullis Philadelphos quoque nominatur.

(8) *l. c.* φιλάνθρωπος id eſt humanæ ſocietatis amans dicitur.

(9) De Nat. & Virib. Plant. Item Philanthropos, id eſt humana, quod veſtes prætereuntium apprehendens, detinere ipſos amicorum inſtar cupiat.

(10) *l. c.* Officinæ & herbarii hodie nominant aſpergulam, rectius forſitan aſperulam, quod aſperitate attingentium veſtimentis pertinanter hæreat.

(11) *l. c.* Aparine Græcis & Latinis Officinis Aſpergula, rectius Aſperula, quod aſperitate ſua veſtibus attingentium pertinaciter adhæreat.

(12) *l. c.* Aparinen fuiſſe primum aſperulam dictam & ab imperitioribus in aſpergulam mutatam ac tandem in ſpergulam & ſpargulam teſtatur Fuchſius in Nicol. Myrep. Medicam. op.

(13) Gloss. Hipp.

(14) *l. c.* Vocatur etiam ἀμπελόκαρπος, id eſt vitis fructus & ὀμφαλόκαρπος ab umbilici ſimilitudine, quam ſemen ejus fert.

(15) *l. c.* Ἀμπελόκαρπον vel ut melius ex Galeno corrigitur ὀμφαλόκαρπον.

(16) *l. c.* Dioſcoridi Aparine ὀμφαλόκαρπος, unde Germanica

manica voce ſemen Aparinæ ab umbilici figura Na-bel-Saamen non inepte dici poſſet.

(17) *l. c.* Omphalocarpus ab umbilici ſimilitudine, quam ſemen ejus refert, recte dicta eſt.

(18) *l. c.* Manlius purpuream vocat lappaginem.

(19) *l. c.* aliqui Ruellam. Rura non inconcinniter Grateronem, quod tractantium eam manus ſua mordaci ſcabritia ſcabat.

(20) In Diosc. *l.* 3. *c.* 88. Itali hanc vulgo vocant Speronella, quod folia circa caulem ad calcarium ſtimuli modum, aſteriſci inſtar proferat.

(21) *l. c.* Quam appellationem pulchre Germani exprimentes, Klebkraut nominant. Eſt enim illis Kleben/ quod Latinis tenaciter adhærere.

(22) J. R. H. cl. 1. S. 9. g. 2. Aparine eſt plantæ genus, flore campaniformi, patente & multifido, cujus calyx deinde abit in fructum ſiccum cortice tenui obductum, ex gemellis globulis conſtantem, ſemine fœtis umbilicato. His notis addenda ſunt folia aſpera aut villoſa, verticillatim ad caulium nodos naſcentia. Aparine dignoſcitur a Rubia fructu ſicco; a Cruciata foliis quinis vel pluribus, a Gallio aſperis aut villoſis.

Aparine vulgaris C. B. Pin. 334. Aparine J. B. 3. 713. Dod. Pempt. 353.

(23) *l. c.* Ἀπαρίνη plurimum veteribus commendatur, apud nos haud magni uſus herba, licet fieri poſſit, ut ob inſignes ſuas facultates aliquando priſtinæ dignitati reſtituatur.

(24) Qvadrip. Botan. cl. 3. ſed non magno æſtimatur; aſt ſciendum, per empiriam compertum eſſe eam tenuium eſſe partium & aperiendi vi inſigni præditam.

(25) *l. c.* Modice autem, ut Galenus ait, extergit & deſiccat, habetque nonnihil ſubtilium partium.
(26) Botan. Med. Iſt einer ſubtilen Subſtantz/ eröffnet/ zertheilet/ reiniget/ und trucknet. Einen Tranck davon gemacht und offt getruncken / öffnet die Verſtopffung der Leber und Nieren / tilget die Gelbſucht/ und treibt den Sand und Stein mit Gewalt aus den Niern.
(27) Prax. Med. *l.* 3. *c.* 10. Succus per reſidentiam depuratus utiliter Hydropicis incipientibus cum vino albo propinatur.
(28) *l. c.* Stopffet auch die Bauch-Flüß und rothe Ruhr/ & mire prodeſt gonorrhææ ſimplici.
(29) *l. c.* Sanguinis abundantiam ex vulneribus reprimunt folia impoſita.
(30) *l. c.* Hujus ſuccum magnifaciunt quidam ad recentia vulnera glutinanda & ad pappillarum rimas.
(31) *l.* III. *c.* 86. Seminis caulium ac foliorum ſuccus potu contra viperarum phalangiorumque morſus auxiliatur.
(32) *l. c.* Seminis, caulium & foliorum ſuccus cum vino drachmæ pondere potus contra phalangiorum, ſcorpionum & viperarum morſus eſt efficax.
(33) *l. c.* Seminis, caulium ac foliorum ſuccus cum vino potus contra viperarum & phalangiorum morſus venenatos, ne venenum cor occupet, auxiliatur.
(34) *l. c.*
(35) *l. c.* Eadem præſtat aqua ſtillatitia. Eadem bina vel terna vice in die ad trium cochlearium quantitatem pota, alvi fluxum compeſcit ac ictericis eſt maximo remedio.
(36) *l. c.* Aquam deſtillatam bis in die menſura iij ligularum potam, ajunt alvum cohibere, efficaciſſimamque eſſe aduerſus morbum Regium.

(37)

(37) *l. c.* Plebeji cives in mea patria aquam illius deſtillatam cotidie ex officina poſcunt, contra cum pectoris, tum hypochondriorum moleſtos dolores.

(38) PRAX. SECT. 4. *l.* 11.

(39) *l. c.* Succus infuſus aurium dolori medetur.

(40) *l. c.* Herba cum axungia trita ſtrumas diſcutit.

(41) *l. c.* Ea paſtores coli vice utuntur, ad eximendos e lacte pilos.

(42) *l. c.* Utebantur olim, ut tradit Dioſcorides, herba & ſemine Aparinæ paſtores in lacte coli vice, excipiendis, ſi qui ſubſtiterint, pilis. Quod ſi ita eſt opilionibus, & qui lacti operam dant, hæc herba inſervire poterit.

JVNCVS FLORIDVS.

A Majo ad Auguſtum usque in piſcinis & ad fluminum ripas, in lacuſtribus itidem & udis pratis flore ſuo purpuraſcente ſuperbit JVNCVS FLORIDVS a floribus ita dictus juxta MATTHIOLVM (1). Appellatur alias *Juncus Cyperinus floridus*, *Juncus Cyperoides*, a TABERNÆMONTANO (2). *Gladiolus paluſtris* a CORDO (3) *Calamagroſtis* a TRAGO (4) *Gladiolus aquatilis* a DODONÆO (5). Imprimis autem dicitur quoque *Butomus* quoniam boves folia ejus adamant, ut docet RVELLIVS. Germanice dicitur blühende Bintzen/ Blumen-Bintzen/ Bintzen-Schwertel / Gallice vero Jonc fleur. Hanc plantam recte a reliquis Juncis ſeparat & peculiare plantæ genus ſub nomine BVTOMI conſtituit

ſtituit TOVRNEFORTIVS (6). Virtutibus iisdem gaudere ac reliquos Juncos perhibet MATTHIOLVS (7). Radix imprimis gaudet virtute ſubadſtringente, deterſiva atque aperitiva ut habet LEMERY (8). Virtus quoque eidem adſcribitur contra morſum ſerpentum, quæ etiam ſemini tribuitur ut docet DODONÆVS (9) qui putat eſſe ſgarganium Dioſcoridis.

(1) In Dioscor. *l.* 4. *c.* 47. Naſcitur in Boemia Juncus circa aquas, quem a floribus ſpecioſis quos edit nos floridum Juncum vocare voluimus.

(2) Kräuter=Buch *l.* 1. *c.* 36.

(3) Hist. Stirp.

(4) De Stirp. Hist. Comm. *l.* 2. *c.* 37.

(5) Stirp Hist. Pempt. 4. *l.* 5 *c.* 25.

(6) J. R. H. cl 6. S 6. g. 10. Butomus eſt plantæ genus flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis majoribus & minoribus in orbem poſitis plerumque conſtante: ex cujus meditullio ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum membranaceum, in quo velut in capitulum colliguntur vaginæ in cornu utplurimum deſinentes, ſecundum longitudinem dehiſcentes ſeminibus fœtæ plerumque oblongis.

Butomus flore roſeo J. R H. Butomus Cæſalp. 553. Juncus floridus major. C. B. Pin. 12. Juncus floridus J B. II. 524. Gladiolus aquatilis Dod. Pempt. 601.

(7) In Compend. De Plant. Creditur ea omnia præſtare poſſe, quæ cætera Juncorum genera præſtant.

(8) Hist. Univ Des Drogves Simples. Elle eſt deterſive & aperitive.

(9) *l c.* Dioſcorides ſparganii radicem & ſemen cum vino dari aït à ſerpentibus ictis.

SAGIT-

SAGITTA.

Aquis tum ſtagnantibus tum decurrentibus & leviter labentibus æſtate ſe cum flore conſpiciendam præbet egregiæ & pulcherrimæ formæ planta, a foliorum configuratione dicta SAGITTA, ut habet J. BAVHINVS (1). *Sagittaria, Sagittalis* Πιςάνα, Græcis dicitur recenſente PLINIO (2). Sunt qui *Sagittam Herculis*, *Sagittam Jovis*, nonnulli *Linguam* ſerpentis, ut refert DODONÆVS (3) nominant. Germanis Pfeilkraut audit. Hanc plantam, cujus folia deſcribit JOH. BAVHINVS (4) ad Ranunculi ſpecies refert TOVRNEFORTIVS (5). Elegans hoc vegetabile plane ſpernitur, ut ex SIMONE PAVLI (6) & TABERNÆMONTANO (7) cernere eſt. Ejus tamen ſapor de quo J. BAVHINVS (8) loquitur, non omnino inertem eſſe plantam teſtatur. Eam frigidam atque humidam & cum plantagine aquatica iisdem viribus pollere contendit MATTIOLVS (9) ſed refutatur propterea a J. BAVHINO (10). Probabile tamen videtur eam virtute aliquali refrigerante & adſtringente gaudere, uti id probare poteſt guſtus ipſe juxta SCHWENKFELDT (11). Herbam hanc potu & inſeſſu fœcundas reddere mulieres CAMERARIVS (12) ſe obſervaſſe ſcribit.

(1) HIST. PLANT. *l.* 38. *c.* 25. Sagittam a foliorum for-

ma tricuſpidi ſuperne in unam, inferne in duas deſinentium nomen habere non dubitandum.

(2) Hist. Nat. *l.* 21. *c.* 17. Mago Piſtanam dicit a Græcis vocari, quam inter ulvas Sagittam appellamus. Hanc ab Idibus Maji ad finem Octobris menſis decorticari atque leni ſole ſiccari jubet.

(3) Stirp. HIst. Pempt. 4. *l.* 5. *c.* 8.

(4) *l. c.* Folia aquis innatant raræ formæ, pulchræ alatæ, Sagittæ mucronem æmulantia, fuſcis hinc inde in ſuperna parte maculis notata, quadam, ut Mompelgardi obſervavimus, ex primis in acumen non deſinunt, ſed rotundantur.

(5) In Inst. R. H. cl. 6. S. 7. g. 3.

Ranunculus paluſtris folio Sagittato maximo J. R. H. Sagitta aquatica major C. B. Pin. 194. Sagitta major J. B. III p. 790. Sagitta major Tabern. Icon. 743.

Ranunculus paluſtris folio Sagittato anguſtiori J. R. H. Sagitta aquatica minor anguſtifolia C. B. Pin. 194. Sagitta minor anguſtifolia J. B. *l.* 3. 790. Tabern. Icon. 744.

(6) Qvadr Botan. Sagitta major & minor officinis ignota ſunt.

(7) Kräuter-Buch *l.* 2. *c.* 26. Es iſt dieſes Kraut gar in keinem Gebrauch.

(8) *l. c.* Folia Sapore nonnihil ſubdulci & viſcido cum veſtigiis obſcuræ acrimoniæ.

(9) In Dioscorid. *l.* 4. *c.* 96. Sagittæ ambæ temperamento ſunt frigido & humido, & iisdem cum plantagine aquaticaa viribus pollent.

(10) *l. c.* Id autem temperamentum a dictatore Matthiolo adſcriptum, & vires, Sapor a nobis obſervatus, præ ſe ferre non videtur. Matthiolus forte non deguſtata planta, nec facta experientia hæc aſſerit.

(11)

(11) De Plant. Siles. l. 1. Guſtu eſt adſtringente, ſiccante, ſucco non ingrato.
(12) In Matthiol.

RESEDA.

Æſtate potiſſimum ſecus vias florens reperitur RESEDA, a viribus dicta, ut habet J BAVHINVS (1). Vocatur a nonnullis *Eruca peregrina*, *Italica* vel *Cantabrica* Germanico idiomate dicitur welſche Raucken. Hanc plantam, quam *Reſedam Plinii* appellant ob ſaporem Erucis ſubjicit C. BAVHINVS (2) Non immerito TOVRNEFORTIVS (3) peculiarem plantam conſtituit. Poterunt radices & folia in uſum trahi Medicum. Illis virtus detergens aperiens atque reſolvens, a quibusdam adſcribitur, ut cum aliis perhibet ZWINGERVS (4). His autem nempe foliis inciſis, criſpis & undulatis ſaporis oleracei, dolores ſedandi, collectiones, inflammationesque diſcutiendi virtus tribuitur juxta PLINIVM (5) qui inſuper addit (6) quod ſingularibus ceremoniis adhibitis uſurpari debeat; quid autem de hac re ſit cenſendum non inepte exprimere videtur LOBELIVS (7).

(1) Plant Histor. l. 30. c. 106. Reſeda a ſedandis doloribus dicta cenſetur.
(2) In Pinac. Theatr. Botan. Reſeda propter ſaporem Erucæ, & quod aliqui ex Erucarum genere eſſe cenſeant, huc relata eſt.

(3) J. R. H. cl. 11. S. 1. g. 5. Reſeda eſt plantæ genus flore polypetalo anomalo, plurimis nempe petalis diſſimilibus conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum, quod deinde abit in capſulam membranaceam, plerumque trigonam, aut tetroganam, oblongam, & veluti cylindraceam, ſeminibus fœtam ſubrotundis.

Reſeda vulgaris C. B. Pin. 100, Reſeda lutea, J. Bauch. III. 467. Reſeda Plinii Neotericorum, Belgis Eruca peregrina, Italica vel Cantabrica Lob. Icon. 222.

(4) Theatr. Botan. *l.* 2. *c.* 87. Dieſe Kräuter haben die Eigenſchafft zu wärmen/ zu trucknen/ innerliche Verſtopffungen zu eröffnen/ allen verſeſſenen Schleim zu verdünnen und zu reſolviren/ durch den Harn zu treiben/ äuſſerlich aber die Wunden zu ſäubern/ rein zu halten/ und zur geſchwinden Heilung glücklich zu befördern.

(5) Histor. Natvr. *l.* 27. *c.* 12. Circa Ariminum eſt herba, quam Reſedam vocant. Diſcutit collectiones inflammationesque omnes.

(6) *l. c.* Qui curant ea, addunt hæc verba, Reſeda morbos reſeda, ſcisne, ſcisne quis hic pullos egerit? radices nec caput nec pedes habeant. Hæc ter dicunt, totiesque expuunt.

(7) Stirp. Advers. Nov. Non abs re doctiſſimi putarunt ex Plinio hanc reſedam eſſe, poſſe collectiones & inflammationes diſcutere: nec tamen putarim opus eſſe additis illis verbis, aut murmurillis, anilis dementiæ commentis, ad efficacitatis commendationem fucatam, nempe hæc ſunt, Reſeda morbos reſeda ſcisne, ſcisne, quis hic pullos egerit, radices, nec pedes nec caput habeant? Hæc ter dicunt totiesque reſpuunt, inqut Plinius. Cui nos malumus eum aſſenſum præſtare, qualem merentur balbutiones carminum jacturæ Braſſicæ apud Caronem, quam

exci-

excipiendo vel inepte re, vel aſſerendo fidem temerare noſtram vel alienam.

JACOBÆA.

Locis amœnis, ut pratis & collibus rigidis lætans quaſi, Majo & potiſſimum menſibus æſtivis effloreſcit JACOBÆA, ita nuncupata ratione temporis, quo floret, unde & dicitur. *Flos St. Jacobi*, *flos Jacobæus*, St. Jacobs-Blumen/ St. Jacobs-Kraut audit, ut docent LONICERVS (1) TRAGVS (2) & TABERNÆMONTANVS (3) atque FVCHSIVS (4). Sunt & qui florem Sancti Johannis nominant Johannis-Blum/ quoniam circa ſolſtitium æſtivum floribus ſuis ſuperbit teſtante LONICERO (5). Quibusdam *Senecio major* cum MATTHIOLO (6) vocatur. LOBELIVS (7) nominat *Jacobæam Senecionem* & hinc Germani etiam groß Creutz-Blum nuncupant, videatur & MELCH. SEBIZIVS (8) Gallis dicitur *Jacobée*, *Herbe de St. Jaques*, *fleur de St. Jaques*. Ad Senecionem refertur a MATTHIOLO (9) & DODONÆO (10) qui conſentientem experiuntur TRAGVM (11) cui tamen contradicit SIMON PAVLI (12). Peculiare autem genus plantæ conſtituit TOVRNEFORTIVS (13). Folia hujus vegetabilis amaricantia & aromatica multum olei & terræ atque ſalis eſſentialis poſſidere videntur, ut habet modo dictus TOVRNEFORTIVS (14) & ex eo

EMAN. KOENIG (15). Cenſetur easdem cum Senecione obtinere vires a TRAGO (16) licet ab ETTMVLLERO (17) ſpernatur. Traumaticam certe eſſe plantam detergentem & aperitivam atque reſolventem teſtantur DODONÆVS (18) & FVCHSIVS (19). Medetur vulneribus inflammationibus & fiſtulis teſtante TRAGO (20). Commendantur ad anginam & alios faucium morbos, ut habet HISTORIA LVGDVNENSIS (21) quamvis hoc in caſu alias herbas præferat SIMON PAVLI (22) qui hanc plantam inſignem refert in dyſenteria, ut remedium tutum & evporiſton, ſive in decocto ſive clyſteribus uſurpetur. (23). Conſentientem habet HOFFMANNVM (24) qui etiam ulterius (25) cum SIMONE PAVLI (26) quod tormina ventris compeſcat impoſita. Unguentum ex ſucco ad eryſipelas parari docet TOVRNEFORTIVS (27) qui vero vaporem infuſionis præfert.

(1) De Nat. Et Virit. Plant. Germ. St. Jacobs-Blumen. Latinis flos Divi Jacobi dici poterit.

(2) De Stirp. Hist. Comm. *l.* 1. *c.* 97. Germani hunc florem St. Jacobs-Blumen/ & St. Johannis-Blumen vocant, quod eo tempore floreat. Latinis flos St. Jacobi dicitur.

(3) Kräuter-Buch *l.* 1. *c.* 21. Wie St. Jacobs-Kraut bey den Alten geheiſſen/ oder ob es ihnen auch bekandt geweſen und ſolches beſchrieben/ hat noch zur Zeit keiner angezeigt/ wie wir dann auch bekennen müſſen/ daß uns noch keine Deſcription bey den alten Lehrern vorkommen/

men/ die mit dieſem Kraut zuſchlagen will. Unſre Kräutler nennens Jacobæam, Herbam Divi Jacobi und florem Divi Jacobi. Haben alſo dieſen Nahmen von dem gemeinen Mann entlehnet/ St. Jacobs Kraut/ St. Jacobs-Blum / dieweil es gemeiniglich um St. Jacobs-Tag in ſeiner vollkommen Bluth iſt/ wiewohl es auch von etlichen St. Johannis-Blum genennt wird.

(4) PLANT. HIST. *c.* 283. Num hæc veteribus Græcis & Latinis cognita fuerit, nondum certo affirmari aut inficiari audeo. Vulgus tamen herbariorum Sancti Jacobi florem aut herbam nominat.

(5) *l. c.* Floret circa ſolſtitium æſtivum, circa diem Divo Joanni ſacratum. Germ. St. Johannes-Blum/ quod eo tempore floreat.

(6) IN DIOSC. *l.* 4. *c.* 98. Videtur etiam Senecionis eſſe genus herba, quam Germani Divi Jacobi florem appellant.

(7) ADVERS. NOV.

(8) IN TRAG. *p.* 1. *c.* 97. Gleichwie man diß Kraut um der Zeit willen zu welcher es in der beſten Blüth / St. Johannes-Blumen nennet; alſo wird es auch St. Jacobs-Blum geheiſſen/ weil es gleichergeſtalt um Jacobi in ſeinem vigor. Man heiſt es auch Sencionem majorem, weil es gröſſer dann das Erygerum, oder Creutz-Wurtz/ und weil es auch nach der Blum einen grauen wollechten Saamen trägt.

(9) *l. c.*

(10) *l. c.* Ad Erygeri genus pertinere non abs re exiſtimantur Jacobææ nuncupatæ herbæ.

(11) *l. c.* Easdem cum Senecione vires & facultates obtinet, quo nomine Senecio major jure appellari & pro illo tuto uſurpari poteſt.

(12) QVADRVP. BOTAN. cl. 3. Sunt qui ad Erygeri ſeu Senecionis ſpecies eam referunt, quibus non contra-

 dicam

dicam formam ſi ſpectes, aſt ſi vires, iis haud quaquam ſubſcribendum, ſi ex ea loco Senecionis v. gr. cataplaſma ad ſedem, teſtes ac mammas inflammatas conficere geſtiant, viribus quippe a Senecione diſcrepat, ſeu, ut Hoffmannus l. 2. de Med. Officin. c. 66. §. 34. habet, Senecio, quia inſipidus cum modica caliditate digerit, Jacobæa, quia amara, cum majori caliditate diſcutit & abſtergit. Ubi ergo mitigandi dolores in incipientibus inflammationibus ſunt, Senecio potius præ Jacobæa eligatur, ubi vero ſiccare & abſtergere citra morſum & conſolidare ulcera animus eſt, prior es Jacobæa teneat.

(13) J.R.H. cl 14. S. 1. g 31. Jacobæa eſt plantæ genus flore radiato, cujus ſcilicet diſcus ex plurimus floſculis, corona vero ex ſemifloſculis componitur, embryonibus inſidentibus & calyce tubiformi ac multifido comprehenſis. Embryones autem deinde abeunt in ſemina pappis inſtructa thalamoque affixa.

Jacobæa vulgaris laciniata C. B. Pin. 13. Jacobæa vulgaris J. B. II. 1057. Jacobæa Dod. Pempt. 642.

(14) Histoire Des Plantes Aux Environs De Paris Herb. 3. Les feuilles de cette plante ſont ameres, aromatiques, un peu adſtringentes & rougiſſent fort peu le papier bleu: elles contiennent beaucoup d'huile & de parties terreſtres, leur ſel approche aſſez du ſel naturel de la terre.

(15) Regn. Veget. *l.* 2. Folia ejus amara, aromatica, nonnihil adſtringentia, quæque cæruleum aliqualiter in rubrum mutant, arguunt illam continere plurimum olei & terræ & ſal ejus ſali terræ naturali nonnihil ſimile eſſe.

(16) *l. c.*

(17) Coll. Pharmac. In Schroed. Uſum Medicum habet nullum.

(18)

(18) *l. c.* Ad vulnera & ulcera inveterata ac ſordida a Recentioribus commendatur, quæ ſucco hujus cum melle permixto expurgantur. Laudatur vero & hujus decoctum gargarizatum ad gutturis tumores & abſceſſus, quos & diſcutit & perſanat.

(19) *l. c.* Recentiorum Medicorum experientia cognitum eſt, herbam hanc vulneribus mirifice mederi, & ad interanea prodeſſe, fiſtulas quoque iidem & ne ultra ſerpant, prohibere impoſitam tradunt. Quæ ſane omnes facultates pulcre ejus temperamento reſpondere videntur.

(20) *l. c.* Imprimis autem vulneribus, inflammationibus & fiſtulis medetur.

(21) *l. 5. c. 18.* Ubi Fuchſii verba repetuntur.

(22) *l. c.* Eam ad anginas tonſillarumque inflammationes utiliter adhiberi in Hiſtoria Senecionis majoris ſeu Jacobææ docet quidem Camerarius, ut ex ea gargariſmus paretur, ſed tamen hoc in caſu uvulariam, fragariam, prunellam, &c. potius uſurparem, ingrata quippe Jacobæa eſt, & prope modum abominando ſapore, aut ſi diſcutere juvet, cum ea manifeſte calida appareat, potius Origanum, Hyſſopum, Roremmarinum &c. in eum finem eligerem.

(23) *l. c.* a Chirurgo quodam olim caſtra Cæſareana ſecuto, ſummo belli Duce Principe Wallenſteinio, accepi, cum dyſenteria Epidemia graſſaretur in caſtris, complures militum gregariorum, ſolius decocto Jacobææ aut ea in pulmentum cocta ſanitatem priſtinam eſſe conſecutos. Tutum in dyſenteria eſſe remedium, & permultis tam ſalutare, graſſante Epidemia dyſenteria, compererunt dubium nullum eſt; præſertim cum celeberrimi Botanographi, ut ſunt, Tragus, Lobelius, Matthiolus, Caſtor, Durantes, Tabernæmontanus, Dalechampius, Dodonæus denique

 Ebro-

Ebrodunenſes Herbarii, ad vulnera & ulcera inveterata ac ſordida unanimiter Jacobæam commendant. Ubi ergo contumacior dyſenteria vel ulcus recti inteſtini ſordidum, v, gr. Petrum & Paulum infeſtat, cur non in clyſteres Jacobæam una cum aliis ſarcoticis herbis recipiamus; vel ſolius Jacobææ decocto aut ſucco deinceps mederi his affectibus non occipiamus, cauſam id prohibentem nullam video; licet apud illos Practicos Medicos quos ego nocturna diurnaque manu verſavi de Jacobæa altum ſit ſilentium.

(24) Clav. Ad Schroed. *l.* 4. S. 1: §. 129. Alias decoctum Jacobææ in dyſenteria epidemia ut eoporiſton maxime commendatur.

(25) *l. c.* In forma cataplaſmatis adventis tormina, applicata abdomini notabilis eſt virtutis.

(26) *l. c.* Idem Chirurgus obſervarat, nonnullis Jacobæam calidam cataplaſmatis forma adverſus ventris tormina (quæ miſere alias dxſenteria affectos excruciant & modo non interimant) felici ſucceſſu abdomini fuiſſe applicatam.

(27) *l. c.* Pour l'ereſipele on ſe ſert a Paris de l'onguent fait avec le ſuc de cette plante, je crois qui ſeroit mieux de baſſiner le viſage avec ſon infuſion tiede.

PLANTAGO AQVATICA.

In locis aquas habentibus, in foſſis piſcinis aliisque etiam ſtagnantibus aquis juxta lacuum & rivulorum margines familiaris menſibus præſertim æſtivis florens deprehenditur. PLANTAGO ſic dicta AQVATICA partim a loco natali, partim a ſimilitudine, ut habet FVCHSIVS

SIVS (1) qui tamen hac in re contrarium habet ratione ſimilitudinis DODONÆVM (2). Vocatur quoque *Plantago paluſtris*, Germanice Waſſer-Wegerich. *Plantain d'Eaux, Plantain Aquatique.* Nomine quoque *Plantaginis Raninæ* aut *Ranalis* Froſch-Wegerich / Froſch-Kraut / inſignitur, quia in locis, ubi ranæ ſunt incolæ, naſcitur, ut habet FVCHSIVS (3) vel quod Ranis ſit accepta planta, ut loquitur TRAGVS (4). A TABERNÆMONTANO (5) *Cochlearia paluſtris* nuncupatur Froſchlöffel / Froſchlöffel-Kraut / cujus appellationis rationem reddit TRAGVS (6). Sunt qui *barbam Sylvanam* nominant, ut recenſet DODONÆVS (7), & CORDVS (8) putat. LONICERVS (9) vero contrariam tenet opinionem. Nonnulli ad *Limonium* referunt, quidam *fiſtulam paſtoris* Hirten-Pfeiff vocitant, aliis contradicentibus, quam tamen litem meam jam non facio. Licet autem hoc vegetabile appellitetur Plantago, tamen diverſa eſt planta, & a TOVRNEFORTIO (10) recte ad Ranunculos refertur. Inter plantas nullius uſus recenſetur a DODONÆO (11). Nihilominus tamen viribus haud ſpernendis pollere creditur. Diſputant de natura ejusdem, dum modo dictus Author illam frigidam & ſiccam cenſet, cui aſſentitur LONICERVS (12). SCHWENCKFELDT (13) media incedit via; alii autem calidam pronunciant, id quod ex eo probare nituntur,

tur, quod folia hujus plantæ contrita & cuti impoſita, ob ſuccum acrem, quem continent, eandem rubefaciant imo veſicas excitent. CASPARVS BARTHOLINVS (14) hinc plantaginem aquaticam pyroticis annumerat. Illam in hydrope veſicas excitando & humores educendo proficuam JOH. HEVRNIVS (15) P. FORESTVS (16) & J. R. CAMERARIVS pronunciant (17). Applicantur porro hæc folia tumoribus, vulneribus & ulceribus ſordidis referente ZORNIO (18) & LONICERO (19) Procidentias ani curat, rubentem podagram, capitis dolorem a cauſa calida mulcet, cruento ſputo & urinæ medetur, ut docent SCHWENCKFELDT (20) & LONICERVS (21). Succus foliorum mammis applicitus lac conſumit juxta ROSSLIN apud J. BAVHINVM (22). Reperiuntur, qui eundem etiam pro uſu interno commendant, tanquam antiſcorbuticum & ſpleneticum, narrante ZWINGERO (23) tanquam remedium aperiens, diureticum & emmenagogum juxta EVNDEM *Authorem* (24). Obſtructiones reſerat Hepatis, in Ictero & Hydrope prodeſt, ut proponit ZORNIVS (25). Radices commendantur ad febres intermittentes profligandas ex Opinione LONICERI (26) id quod tamen magis præſtat ejus aqua teſte EODEM (27). Ad dolorem hæmorrhoidum ſedandum ſuadet radicem hujus plantaginis J. PRÆVOTIVS (28). Ad quas

por-

porro hæmorrhoides etiam pulvis ad ʒj. ſumptus ut docet POMPEJ. SACCVS (29) conducit.

(1) PLANT. HIST. *c.* 12. Plantaginem autem aquaticam ob natales & ſimilitudinem, quæ illi cum vera plantagine eſt, dixerunt.
(2) STIRP. HIST. PEMPT. 4. *l.* 5. *c.* 30. Noſtræ ætatis ſtudioſi plantaginem appellant aquaticam; plantagini tamen non admodum ſimilem; præter enim folium, nihil habet plantaginis, quod tamen & ipſum plantaginis folio non ſatis reſpondet: nam longius, magis faſtigiatum & minus nervoſum eſt.
(3) *l. c.* In paluſtribus naſcitur, ubi frequentur ſunt ranæ.
(4) DE STIRP. HISTOR. COMMENT. *l.* 1. *c.* 75. Ranæ foliis plantaginis aquaticæ gaudent.
(5) DE HERB. *l.* 2. *c.* 18.
(6) *l. c.* Froſchlöffel/ quaſi Ranæ cochlear, ſi ita dicere liceat, eo quod folia ejus cochlearium formam repreſentant, quando & ranæ illis gaudent, appellatur.
(7) Simon Januenſis hanc barbam ſylvanam nominat.
(8) IN DIOSCORID. *l.* 3. *c.* 144. Multi hactenus pro vera Aliſma plantaginem aquaticam quæ & barba ſylvana dicitur.
(9) DE NATVR. ET VIRIB. PLANT. Ubi tamen obſervandum, quod ſaltem in ea editione, qua uſus fui, prætermiſſum ſit hoc nomen in hac quarta ſpecie plantaginis, uti notatum etiam eſt in Indice.
(10) J. R. H. cl. 6. S. 7. g. 3.
Ranunculus paluſtris plantaginis folio ampliore J. R. H. Plantago aquatica latifolia D. B. Pin. 190. Plantago aquatica J. B. III. p. 787. Plantago paluſtris ſive aquatica Tabern. Icon. 734.
Ranunculus paluſtris Plantaginis folio anguſtiore J. R. H.

Plantago anguſtifolia aquatica C. B. Pin. 190. Plantago aquatica minor Tabern. Icon. 374.

(11) *l. c.* Plantago hæc nullius quod ſciatur, uſus, interim tamen facultatem frigidam videtur habere atque ſiccam.

(12) *l. c.* Mediocriter ſiccum eſt & frigidum unde maximus ejus in medicamentis uſus. Refrigerat ſimul & deſiccat.

(13) Stirp. Siles. *l.* 1. Refrigerat & ſiccat non prorſus caloris expers, cum aliquantulum acris abſtergendi vim habeat.

(14) Syntagm. Med. Et Chir.

(15) Method. Ad Prax. *l.* 1. Rubr. Sinap Et Phoenigm. Vidi in hydrope, intumeſcentibus cruribus plantaginem aquaticam feliciter humorem in veſicas evocaſſe, quæ maximam vim aquarum effundebant. Eſt enim hæc plantago calida, uti plurimæ herbæ rivis innatæ, quæ cacumina ſua efferunt ultra alveum, quod uſu a me animadverſum fuit.

(16) Observ. Med. *l.* 19. Obs. 41. Ubi tantummodo mentio fit de plantagine aquatica cruribus flagellatis impoſita.

(17) Syllog. Memor. C. 6. p. 28. Vidi in hydropicis intumeſcentibus cruribus plantaginem aquatilem feliciter humorem in veſicas evocaſſe, quæ maximam vim aquarum profundebant, eſt enim hæc plantago calida ut plurimæ herbæ rivis innatæ, quæ cacumina ſua efferunt ultra alveum, quod uſu a me animadverſum fuit, (ut loquitur Heurnius). Mirum ergo alicui videri poteſt inter pyroticas referri, cum aquaticæ fere omnes frigidæ; verum, nulla herba tam exigua, nullum minerale & metallum tam abjectum, nullum animalculum tam vile, quin inſigni aliqua ac propria & ſpecifica virtute ſit præditum:

ditum: idque in tantum, ut omnibus ejus operationibus ac viribus indagandis humani ingenii ſolertia, hactenus non ſuffecerit, adeo ut ne minimæ herbæ omnes proprietates & virtutes nobis ad amuſſim cognitas eſſe exiſtimem.

(18) BOTANOL. MEDIC. Die grünen Blätter auf hitzige Geſchwulſten / ſpitzige rothe Blut-Schwerlein / faule Schäden und Wunden gelegt / zertheilen / ſaubern und heilen ſie.

(19) *l. c.* Plurimum præ aliis herbis in diſcutiendis tumoribus reſtinguendisque inflammationibus pollet Plantago aquatica.

(20) *l. c.*

(21) *l. c.* Excreantibus & mingentibus ſanguinem, phtyſicis item auxiliatur.

(22) HIST. PLANT. *l.* 38. *c.* 22. Summum ſecretum & expertiſſimum, quo ſubito lac in mammillis conſumatur, eſſe ait Timoth. Roſslin, ſuccum hujus plantaginis illis illitum.

(23) THEATR. BOTAN. *l.* 3. *c.* 42. Dieſer Waſſer-Wegerich iſt beneben eines der beſten Kräutern wider den Scharbock / und die Miltzſucht. Man kan entweder das davon deſtillirte Waſſer / oder den daraus gepreßten Safft auf vier und mehr Loth täglich zu trincken geben.

(24) *l. c.* Solches Mittel dienet auch wider die Gelbſucht / wider die Schwind- und Waſſerſucht / kan auch den Weibern ihren verlohrnen oder verminderten Monath-Fluß wieder zurecht bringen.

(25) *l. c.* Diß Kraut innerlich gebraucht / hat eine Krafft zu eröffnen / zu zertheilen / aufzulöſen und zu ſaubern / treibet den Harn / Grieß und Stein fort / bringet den Frauen ihre monathliche Reinigung / öffnet die Verſtopffungen der Leber und des Miltzes / reiniget das Geblüt / thut gut

 den

den Gelb und Waſſerſüchtigen/ und denen / welche mit dem Scharbock beladen ſind/in Wein gelegt und davon getruncken.

(26) *l. c.* Radices ejus tres in vino coctæ, febri tertianæ, quatuor vero quartanæ reſiſtere traduntur.

(27) *l. c.* Efficacius tamen hoc præſtat aqua ſtillatitia, cyatho ejus ante febris invaſionem ſumpto.

(28) L. SELECT. REMED. Radix dextra manu geſtata, donec incaleſcat, e veſtigio dolorem hæmorrhoidum ſedat.

(29) MED. THEOR. PRACT. CONS. 69. Pulvis ex radice ad ℥j. ſumptus eſt arcanum pro hæmorrhoidibus, colligenda eſt radix menſe Octobri.

T A N T V M.

COROLLARIA.

I. *Tunica Arachnoides nihil aliud eſt quam exterior Piæ Matris lamella.*

II. *Tunicæ, bulbum oculi conſtituentes, non ſunt meræ productiones Duræ & Piæ Matris.*

III. *Decantata Valvula Pylori & Coli non ſunt veræ valvulæ ſed potius Sphincteres.*

IV. *Datur tantum unicus verus annulus in*

in abdomine, in quolibet latere, per quem vaſa ſpermatica in viris & ligamenta vaſculoſa in fœminis tranſeunt.

V. *Muſculi abdominales, obliquus nempe ſuperior, inferior & transverſalis ſunt muſculi biventres.*

VI. *Appendix Vermiformis eſt punctum fixum trium ligamentorum Coli.*

VII. *Decuſſatio nervorum variis in locis certa Encheireſi ad oculum demonſtrari poteſt.*

VIII. *Præparata ſic dicta Anatomica ad veram Anatomicam notitiam nihil faciunt ſed potius nocent.*

IX. *Pari paſſu ambulant injectiones ſic dictæ ſubtiliores.*

X. *Hæ namque vaſcula ſeroſa ſanguifera quandoque mentiuntur.*

XI. *Ventriculi cordis improprie vocantur dexter & ſiniſter.*

XII. *Glanduloſum eſt Vaſculoſum non vice verſa.*

WJe viele werden Dich / um Deinen Ruhm beneiden/
Den Dein ſo groſſer Fleiß/ Dir nun zuweg gebracht.
Es kränckt ſie allzu ſehr ſie können nicht leiden/
Daß Dein beredter Mund ihr Schweigen ſchändlich macht.
Noch dieſes iſt ihr Troſt daß viel Gelehrte leben/
Die ihre Wiſſenſchafft nicht kōñen von ſich geben.
Doch viele werden ſich auch über Dich erfreuen/
Und wahrer Freunde Wunſch wird ſo gefaſſet ſeyn/
Das Glücke wolle Dir beſtändig Palmen ſtreuen/
Es ſtelle ſich der Lohn vor die Verdienſte ein.
Zu dieſen zehl ich mich/ dann ich bin Dir ergeben/
Und werd nach nichts ſo ſehr als Dir zu dienen ſtreben.

Dieſes ſchrieb ſeinem werthen Freund zu beſtändigen Andencken
F. G. P v. G.

WAs Straßburgs Helicon nunmehro hoffen kan/
Das wird man Werther heut aus Deinen Schrifften leſen.
Wie groß Dein Müh und Fleiß biß dato iſt geweſen/
Zeigſt Du zu Deinem Lob auf dem Catheder an.
Wird GOtt die heutge Wünſch/ die man Dir thut/ erhören/
So bleibſt Du Segens-voll / wie auch bald Deine (Lehren.

Dieſes wenige wolte dem Hrn. Lic. als ſeinem wertheſten Freund und Gönner zum immerwähren Andencken beygefüget haben
J. C. Ehrmann, Med. Cand. Opp.

Du legſt/ gelehrter Freund/ heut wieder Proben dar/
Du zeigeſt wie bißher Dein einzig Abſehn war/
Durch Kunſt und Wiſſenſchafft Dich ſo empor zu ſchwingen/
Um unſern Helicon den gröſten Nutz zu bringen.
Ja endlich wird auch Dir/ wann Du die Welt beſehn/
Ein recht galantes Kind an Deiner Seite ſtehn.

Dieſes ſetzet ein getreuer Freund
J. G. Salzmann, Med. Cult. Opp.

Du ſteigſt/ geerther Freund/ heut auf Dein Eigenthum/
Das Deine Ahnen Dir zum Erbe hinterlaſſen/
Du zeigſt dem Rhein-Parnaſs, daß Deines Vatters Ruhm
Sein ächtes Ebenbild in Deinem Geiſt gelaſſen.
Wo ſich der BOECLER Nahm unſterblich hat gemacht/
Wo Weißheit als ein Strohm aus ihren Mund gefloſſen/
Wo Pallas ihre Schaar gantz häuffig hingebracht/
Da ſie die Weißheits-Koſt in Uberfluß genoſſen.

Da

Da ſchreibet ſich Dein Nahm heut Edler BOECLER ein/
Weil Phœbus ſelber ſpricht : Mein Sohn ſoll BOECLER ſeyn.

Dieſes ſetzet dem Hrn. Licent. ſeinem werthen Freund zu beſtändigen Andencken bey

J. G. Pfæhler, M. C. Opp.

DEin Nahme iſt zu groß / Du kanſts nicht weiterbringen/
Appollens beſter Preiß / iſt Jhm ſchon zugetheilt;
Doch Deiner Ahnen Ruhm / wird Dich noch höher ſchwingen/
Und machen / daß Dein Fleiß/ auch gleichen Grad ereilt.
Du zeigſt/ daß dieſer Satz ſchon etwas eingetroffen.
Und die gelehrte Schrifft / was mehr von Dir zu hoffen.
Diß rühret Deinen Freund / der wünſcht Dir mit Vergnügen/
Daß dem gelegten Grund/kein Fall entgegen ſtrebt/
Ja daß man ehſtens ſag/ Du ſeyſt noch mehr geſtiegen/
Und gantz erſtaunend ſeh wie Dich Dein Glücke hebt.
Laß aber niemals Dich von einen Hochmuth blenden/
Und denck wie lang wir uns als treue Freunde kennten.

Hiermit wolte dem Hrn. Licent. gratuliren und ſich ſeiner beſtändigen Freundſchafft recommendiren deſſen ergebenſter

Philipp. Jacobi, M. C.

INdigenæ quid ſint herbæ, quæ denique proſint
Succincta methodo diſſeris atque probas.
Conſcendis cathedram rurſus BOECLERE! probatæ
Doctrinæ ſpecimen ſiſtere Apollo jubet
Sic TVA TE virtus laudat, PATRISque Beati
Illuſtres manes exhilarare parat.
Fert TVA mens alias cum fructu viſere terras
Haud male ſic alibi nomine clarus eris.
Gratulor hoc cœptum, gratabor prœmia, laurus
Cum Phœbea TVAS vinciet inde comas.

Amica mente hæcce ſcripſit

J. F. Breyer, Hohenloico-Francus.

GElehrtes BOECLER - Haupt! weiß Deine Edle Gaben
Die Dir der Höchſte GOtt ſo reichlich mitgetheilt/
Zeig was vor einen MANN die Stadt an Dir wird haben/
Der die Studenten lehrt und Krancke wieder heilt.
So bleibt das Rhein-Athen in Friede und Ergetzen/
Wann es die Trauer-Fäll will wiederum erſetzen.

Treue Freundes-Zeilen

J. Weigen, Med. Stud.

ES führt Apollo Dich auf die gelehrten Zinnen/
Es leucht Dich Phœbus ſelbſt mit ſeinen Strahlen an/
Da Du/ mein werther Freund/ Dein treffliches Beginnen
Erzeigſt/ ſo daß kein Menſch daſſelbe tadlen kan/
Drum will ich weiters nichts zu Deinem Lobe ſchreiben/
Als daß ich allezeit Dein treuer Freund will bleiben.

Mit dieſen wenigen Zeilen wolte ſich dem Hrn. Candidaten gratulirend zu fernerer Freundſchafft empfehlen

Joh. Theoph. Hœffel, M. C.

ES iſt ein Seculum daß unſer Rhein-Athen
Auf ſeiner hohen Schul fünff BOECLER hat geſehn/
Von dieſen iſt nur noch der fünffte in dem Leben/
Mach daß Du nach der Reiß den ſechſten kanſt abgeben.

Dieſes wünſchet ſeinem vielgeliebten Bruder

Chriſtian Ludwig Bœcler, L. L. C.